UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Flavii Philostrati quae supersunt

Philostratus, Flavius

Turici, 1844

Einleitung

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-5613

Visual Library

PROOEMIUM.

Hoc libro Philostratus artis suae luculentam historiam exhibuit. Sophisticae enim scholae quae instituta fuerint, declamationis quae genera, auditionis publicae quae praemia, non facile aliunde didiceris plenius. Itaque in Praefatione maxime his Vitis sum usus ad illustrandum ipsius scriptoris, quippe sophistae, ingenium. Restat nunc, ut de aetate libri ejusque historia critica agam: cujus disputationis mihimetipse otium fecisse videar iis, qui norunt editionem, quam Vitarum peculiarem curavi anno MDCCCXXXVIII. Nonnulla tamen nunc potero rectius judicare, quamobrem nolui hanc prooemii partem hic omittere. Repetam igitur jam dicta, multis resectis, quibusdam additis aut correctis.

Scriptus liber est, quum Antonius Gordianus Africae pro consule praeerat, quam in provinciam anno CCXXIX aut CCXXX ex Scto est missus post consulatum una cum Alexandro Severo gestum (cf. Jul. Capitol. Gord. c. 2. Maximin. c. 14. Herodian. VII, 5.) ac vivo [1] adhuc Alexandro, defuncto autem [2] jam Aeliano, qui ex Athenaei Dipnosophistis non ante annum CCXXVIII editis multa intulit in *Ποικίλην ἱστορίαν*, igitur intra annos CCXXX et CCXXXIV, quo tempore jam provectiore aetate fuit auctor.

Lectores hujus libri nescio an fuerint jam Libanius [3] et Himerius, [4] dubitare non licet de Synesio [5] Eunapio [6] Syriano [7] Hesychio Illustrio [8] Suida [9] Zonara [10] Eudocia [11] Psello [12] Gre-

[1]) cf. 274, 23. et Praef. edit. pecul. XXVI.

[2]) cf. Praef. ibid. et 273, 22.

[3]) vid. 234, 8. 243, 18.

[4]) cf. 261, 12.

[5]) Synesius saepius tangit has Vitas in Dione, ut statim in principio, 36, b. Dio autem scriptus est, quod docet Krabinger ad or. de regno, XIX. anno CCCCIV, nec multo post liber de Insomn. ubi item Nostrum laudat, cf. 155, b cum 252, 22.

[6]) Eunapius p. 3 ed. Boiss. *Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος τοὺς τῶν ἀρίστων σοφιστῶν ἐξ ἐπιδρομῆς μετὰ χάριτος παρέπτυσε βίους.* Ni fallor, ex hoc libro profert Aristidis dictum 253, 11, p. 82.

[7]) Syrianus Prolegg. Stas. IV, 30, ubi lege *ὅτε καὶ διαλεγόμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου*, pro *διαχειόμενος*, in excerptis ex Vita Hermogenis. Praeter Syrianum laudandus est Auctor anonymus Prolegomenorum, qui accuratius reddit Nostri verba ibid. Sopater nescio annon Philostratum inspexerit, qui ab Hadriano auditum esse Hermogenem narrat.

[8]) Hes. III. sub voce *Φιλόστρατος.*

[9]) Suid. cf. *Ἡρακλείδης. Ἰσαίου τοῦ ῥήτορος. Λέων Μάρκος. Σεκοῦνδος.*

[10]) Zonar. Annal. cf. 235, 9.

[11]) Eudocia multa ex hoc libro in Violarium transtulit, interdum festinantius agens, e. g. quum Antiochi et Athenodori vitas commiscet p. 58, aut Hermogeni tribuit Philagri epitheta, *σοφιστὴν* dicens *ἐπιχολώτατον καὶ θερμότατον*, p. 165.

[12]) Psellus respicit huc in elogio Patricii inedito (cod. Pal. 356) cf. 202, 2 et 246, 4. Vide et not. ad 260, 21.

gorio Corinthio [1]) Tzetza [2]) Thoma Magistro [3]) Nicephora Gregora [4]) Triclinio [5]) Epitomatore Vaticano [6]) Apostole [7]) Arsenio [8]). Incerta aetate est Auctor Vit. Isaei, apud Bekker Or. Gr. III, 3.

Codicum tres esse familias, accurata lectionum contemplatio docet.

In prima eademque optima non ex uno fonte manavere, quae potiora duxi, sed plures necessario fuere adeundi, in quibus antiquissimus (saeculi undecimi) et purissimus est Vaticanus 99 (r), quem pressius quam antea secutus sum. [9]) Ab eo deflectunt saepe communi vitio [10]) Laurentianus LIX, 15 (f), Vaticanus 64 (ϱ) et Havniensis 60 (k). Proximus autem codici r est f, multaque tenens cum illo in reliquis duobus jam abjecta. [11]) Emendatricem manum expertus est ϱ, quae aut ex apographo vulgatam referente verba mutavit, [12]) aut ex libro melioris familiae egregia quaedam neque in r quidem inventa repoϱuit. [13]) Ex codice, qui huic simillimus fuit, descriptus est k. [14]) Cum r maxime conjungo etiam Epitomam Vaticanam (ve) in Vat. 96. [15]) Ab his quinque libris valde discrepant Vaticanus 140 (R) et Marcianus 391 (β), quem Marcianus 392

[1]) Greg. Cor. in Hermog. π. μεθ. δειν. VII 1236 cf. cum 249, 14 et 262, 16.

[2]) cf. Exeges. in Iliadem p. 8, quo loco agit de verbis 201, 5; bis ibi corrigatur *Κριτίας* pro *Κρατίας*.

[3]) vid. s. v. *κατηγορῶ. βασίλεια. διάγω. ἀφαιρῶ. παραπολύ. ἀνάθεμα. ἀπὸ τοῦ διακειμένου. γεγύμναστο· λεπτόν.* In codd. non inveni lectiones 213, 25 et 247, 1 inde prolatas, codicem non optimum secutus est in *λεπτόν*. Saepius ad nostrum librum non laudatum respicit, cf. e. gr. 220, 11, 246, 13. 271, 25.

[4]) Nic. Greg. excerpsit quaedam in Scholiis Synesii, p. 418 ed. Pet.

[5]) cf. 213, 15.

[6]) Epitomam Vaticanam et ejus apographa descripsi in Praef. XIV. totamque textui illius editionis subjeci.

[7]) Apostoles exaravit codicem Par. 3059, (π). Subscripsit: *Μιχαῆλος Ἀποστόλης Βυζάντιος μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς αὐτοῦ πατρίδος πενίᾳ συζῶν καὶ τόδε τοῦ θαυμαστοῦ Φιλοστράτου τοῦ Λημνίου βιβλίον ἐξέγραψεν, ᾧ δὴ παραπλήσιον καὶ αὐτός γε ἐς αὐτὸν πεποιήκει.* 1474. Januar.

[8]) Arsenius citat quaedam ex Vitis, cf. ed. Walz. 283, 341.

[9]) Ut 208, 5. 217, 18. 220, 29. 221, 27. 226, 1. 234, 15. 240, 8 et 16. 243, 28. 249, 18. 253, 23. 263, 2.

[10]) Vide 207, 8 et 19. 208, 4 et 5. 209, 7 et 23. 212, 7. 213, 12 et 21. 216, 1. 217, 27. 219, 1. 220, 25, 29 et 31. 221, 27. 223, 1, 17 et 23. 224, 7. 225, 18. 226, 1. 227, 12 et 29. 228, 12, 24 et 31. 229, 26. 230, 7. 231, 18 et 22. 234, 10 et 15. 235, 13 et 16. 237, 12. 238, 2, 6, 16 et 21. 240, 8, 12 et 16. 241, 1. 243, 7 et 28. 244, 9, 20 et 23. 246, 23 et 24. 247, 9. 248, 20. 249, 1, 9 et 18. 252, 2, 18, 19. 253, 19 et 23. 256, 22 et 28. 257, 10 et 11. 258, 3, 8 et 17. 261, 15 et 23. 263, 2 et 5. 264, 8 et 30. 265, 10. 267, 2. 268, 21. 271, 19. In his maxime indicia correctionis prae se ferunt 213, 12. 221, 27. 226, 1. 234, 15. 243, 28. 244, 23. 249, 18. 252, 19. 253, 19. 256, 22. 258, 3. Secutus eos sum in 226, 4 et 9. 233, 29. 235, 21, in aliis olim receptis ad auctoritatem codicis r redii, cf. not. 9). Ceterum f duodecimi, ϱ quartidecimi, k quintidecimi saeculi est, hic chartaceus, illi membranacei.

[11]) Ut 206, 14 et 17. 208, 1. 231, 19. 237, 23. 238, 9. 241, 6, 7 et 8. 244, 28. 247, 14. 252, 13. Ad vulgarem lectionem redit 207, 26. 216, 20. (ex corr.) 224, 19. 226, 2. 229, 6 et 244, 28 in mg. habet.

[12]) cf. 206, 1. 210, 12. 212, 28. 222, 17. 237, 9. 238, 5. 240, 18. 244, 3. 251, 10 et 21. 259, 28. 262, 4. His locis corrector optionem perverse instituit, recte in 206, 20. 210, 12. 224, 21. 243, 13. 248, 9 et 12. 268, 15. Glossemata inseruit 211, 11 et 216, 9.

[13]) Talia sunt 228, 30, quam lectionem alibi non inveni, 207, 26. 219, 19. 237, 9. 249, 24. 251, 2. 265, 25. 270, 14. 271, 22.

[14]) Differt in 206, 25. 207, 27. 208, 5. 235, 5. 236, 8 ubi meliora praebet, praeterea in 222, 14. 233, 11. 237, 11. 241, 21. 244, 15. 262, 15. 267, 1. 270, 27. Transeo multa mendose descripta.

[15]) Cum solo r consentit 216, 20. 223, 1. 230, 23. 248, 27. 258, 7. Recepi inde 249, 3 et 258, 4.

(v) post vitam Isocratis deserit.[1]) Invenimus ibi recensionem ex prima et tertia familia mixtam ac videntur librarii partim idem exemplar esse secuti, partim diversa adhibuisse. Commune est, quod saepe cum deterioribus libris in mala,[2]) vix usquam in bona lectione consentiunt,[3]) praeterea satis magnus lectionum numerus in iis solis obvius est;[4]) differunt, quod uterque satis multa, quae scriptori reddenda censui, propria solus offert,[5]) quod β saepius quidem cum vulgata facit quam R,[6]) sed hic nusquam fere in bona lectione a prima familia abhorret, ille identidem retinet, quae deteriores codices probanda habent,[7]) quod R multo saepius cum r aut r, f consentit[8]) quam β.[9]) Nec lacunis, primario diversae originis argumento, congruunt ubique[10]) et in praeferenda lectione vulgata modo conspirant, modo alternatio quaedam animadvertitur. Fontem codicis β agnosco etiam in codd. Guelferbytanis 25 et 82 (G, γ) ubi post Imagines legitur vita Isocratis, quasi et ipsa sit picturae descriptio, titulus enim est *Ἰσοκράτης ἐν Ὀλυμπίᾳ*.[11]) Codicem vero, quo usus est corrector Parisini 1696 (p), qui saeculo quintodecimo manum illi adhibuit, omnium praestantissimum fuisse dixerim, quandoquidem praeter multa propria[12]) complexus fuit

[1]) Hujus libri, Marcianum 391 dico, olim selectam tantum acceperam varietatem a Trevisanato; nunc integram possideo singulari beneficio viri amicissimi J. E. G. Roulez, professoris Gandaviensis; magnam partem etiam Cobetius contulit non rogatus, pro indefesso quo excellit litteras et amicos bene demerendi studio.

[2]) Vide 201, 4. 203, 7. 207, 19. 209, 17 et 18. 210, 9. 211, 2, 6 et 27. 212, 1 et 22. 215, 14. 220, 12. 223, 8. 224, 2, 16 et 24. 228, 12. 229, 6 cum f. 235, 22. 237, 2, 6 et 11. 238, 8. 240, 8 et 15. 242, 4 et 8. 244, 9, 15, 22, 28. 245, 6 et 21. 251, 9, 19, 31. 254, 17. 255, 15 et 28. 260, 18. 261, 3 et 28. 263, 12.

[3]) Unum nunc succurrit exemplum 257, 20.

[4]) Bonas vide 206, 4. 208, 22. 216, 23. 229, 1. 245, 26. malas 209, 17. 210, 4. 234, 8. 238, 8 et 22. 260, 2. In 231, 21. 245, 4. 258, 3 congruunt cum solo r, 225, 15. 248, 32 cum solo f in 240, 12 et 263, 9 cum r, π, g.

[5]) Ex R vide 205, 14. 206, 13. 207, 7 et 27. 212, 22. 213, 24. 214, 21. 217, 9. 224, 26. 228, 15 et 23. 229, 7. 233, 31. 241, 4. 247, 8 et 12. 247, 27. 249, 21. 258, 22 et 30. 262, 26. 267, 17. Quaeri potest, num recte eum secutus sim in 220, 28. 221, 6 et 15. 226, 6 et 20. 246, 3. 256, 24. 257, 16. Ex β recepi 201, 2. 206, 8. 208, 1. 211, 10. 215, 11 220, 31. 221. 11 et 30. 222, 7· 224, 19. 232, 10. 233, 22. 244, 12. 248, 5. 262, 18. 273, 17 et (cum μ) 26, 28. 274, 9 et 17.

[6]) Ut 203, 7. 206, 5 et 27. 209, 16. 212, 7. 218, 1 et 13. 220, 6 et 10. 223, 13 et 23. 224, 22. 225, 9. 228, 12. 230, 24. 231, 3 et 19. 232, 7 et 13. 235, 22 et 28. 236, 6, 13, 19. 237, 12, 14. 238, 5. 240, 8, 20. 241, 8, 14, 25. 244, 15. 245, 4, 6, 18 et 31. 246, 5. 247, 6, 11 et 27. 248, 5, 10, 21. 249, 3, 19 et 21. 251, 1 et 22. 252, 8, 16. 253, 1, 28, 21. 256, 3. 258, 15. 271, 21. 272, 9.

[7]) cf. 212, 23. 214, 19 et 24. 216, 1. 217, 10. 220, 19 et 29. 221, 9 et 22. 222, 5. 223, 8. 224, 21. 233, 18 237, 10. 238, 20. 246, 11. 248, 10 et 25. 250, 5. 272, 12.

[8]) Exempla sint 206, 20. 212, 7. 219, 2. 221, 14. 223, 23. 226, 16. 228, 13. 229, 20. 230, 23 et 24. 231, 19. 232, 14.

[9]) Vide 217, 7. 222, 8. 224, 3. 230, 9. 237, 5. 244, 12. 245, 8. 252, 26. 255, 22. 262, 17. 263, 9. 267, 18. 270, 20 et 25.

[10]) Sufficiet laudasse 207, 26 et 224, 9.

[11]) Consentiunt cum β in 214, 2, 19, 23, 27, cum p sec. man. in 214, 18, veram lectionem soli habent in 214, 25. Animadvertit hanc appendicem Heynius Opusc. V, 157, ubi scribit „erigebamur in spem nescio quam; sed attentius legentibus occurrebat, esse caput e libro de Vitis Sophistarum“ etc.

[12]) Ejus generis sunt 216, 26. 223, 11 et 16. 225, 26. 228, 12. 245, 28. 246, 7, 22. 251, 1. 255, 10 et 20. 258, 31. 259, 20. 260, 19. 267, 7. 268, 22 et 25. Pravae correctiones inveniuntur 213, 4. 223, 22. 246, 19. 260, 3.

codicis r et ϱ (sec. man.) praestantiam.[1] Non omnia illinc in p translata sunt ac substitit corrector cum mancum exemplar esset, ut r, f, R, ve et ϱ pr. man. in principio vitae Philisci. Praeclaris libris usi sunt etiam Suidas[2] et Salmasius.[3]

De secunda familia pauca nunc habeo, quae moneam. Magnus numerus lectionum his codicibus propriarum Mediolanensi C 47 (μ), Marciano 392 (v), Oxoniensi Nov. Colleg. 1225 (ox) Jacobaeo 845 (l), Parisino 1760 (ψ), Palatino 132 (h), Harlejano 5563 (λ) vetabat nos hanc sectam cum tertia, quamvis saepe concinant utrique libri, confundere.[4] Caeterum haec quoque in duo dividitur genera, alterum efficiunt μ et v plerumque consentientes,[5] ita tamen ut nonnulla eximia solus servaverit μ,[6] alterum constat libris ox, l, ψ, h, λ. Omnes saeculo quinto decimo exarati esse videntur, solus v in membrana est scriptus.

In tertia familia excellit Parisinus 1696 (p) saeculi undecimi.[7] Accedit epitoma haud carens bonis lectionibus in codice Parisino suppl. 134 (pe), codice saeculi duodecimi, membranaceo.[8] Hujus familiae codice utebatur Eudocia (Ἐ), cujus fere aetate scriptus est p. Longe absunt a principis codicis bonitate recentes libri Parisinus 3059 (π) et Guelferbytanus sive Gudianus 25 (g) atque abundant temerariis correctionibus.[9] Puriores istis sunt Neapolitanus 86 (n), quinti decimi saeculi, membranaceus[10] et Laurentianus LXIX, 30 (φ), saeculi tertii decimi membranaceus, quamvis

[1]) Cum r facit 211, 27. 216, 20. 222, 14. 230, 21. 235, 24. 248, 28 consentiente g, 256, 10. 267, 25. 270, 8. 272, 4. Accedunt alii libri in 212, 7 (R) 222, 14 (f, β) 229, 6 (ϱ, k) 237, 12 (R, f) 263, 12 (f) 267, 25 (β, μ, v). Conspirat cum ϱ correcto et plerumque derivato inde k: 211, 10 et 11. 213, 21. 219, 19. 223, 22. 227, 29. 235, 2 (cum β) 270, 14. 271, 21 et 22 — cum solo ϱ 249, 24. 251, 2. 265, 25; cum solo k. 205, 25. 215, 16. 253, 1. 255, 5 et 20. Accedunt alii libri, ut 207, 26 (R, β) 245, 26 (R, β) 248, 5 (R) 262, 15 (R).

[2]) Suidas 234, 3 solus veram servavit lectionem, concinit cum bonis libris 229, 7. 240, 18.

[3]) cf. maxime 230, 27, etiam 227, 29. 249, 23, ubi Salm. lectionem nec in E, nec in epitoma obviam nec conjectura inveniendam laudavit *Περσῶν τε καὶ Μήδων*.

[4]) Moneo hoc, quia secus judicavit censor Halensis Allg. Literatur-Zeitung 1839, p. 347.

[5]) Vide 216, 11. 217, 3. 219, 13. 221, 6. 222, 25. 223, 16. 224, 4 et 24. 228, 4 et 21. 229, 3, 7, 17 et 20. 245, 6 et 20. 246, 16. 257, 3. 259, 11 et 13. 260, 22. 261, 6. 263, 21. 265, 5. 266, 18 et 25. 268, 5. Recepi ex ambobus 223, 1. 224, 9. 259, 8. 271, 12. 272, 11 et 17. 274, 3, 23, 28. 275, 13. Ut μ et v, simillimi inter se sunt ox et l, ψ et h.

[6]) Quae sunt 212, 2. 218, 6. 220, 22. 224, 9. 235, 13. 264, 18. 272, 22.

[7]) Plurimis caret mendis, quibus ceteri deformantur; a prima manu haec probanda affert 213, 1. 224, 15. 230, 19. 242, 22. 243, 14.

[8]) Haec epitoma ad veram lectionem prope accedit in 212, 2, sola servavit genuinam 231, 12, cum Suida facit 218, 6. Finitur in vita Herodis.

[9]) Exempla invenies 201, 9. 202, 7 (g). 204, 1. 209, 4 et 22. 216, 1. 217, 3. 218, 10. 219, 15 et 23. 224, 4 et 24. 225, 14 (g), 21 (g) et 28. 226, 22 (g). 229, 2, 26 et 27. 230, 8. 231, 3. 233, 26 et 30. 234, 12 et 13. 236, 15. 238, 16 (π) et 18 (g). 241, 2 (π) 14. 27. 245, 28 (π). 251, 15. 252, 28. 255, 29 (π). 257, 27. 260, 20. 261, 12. 265, 24. 269, 18. 272, 1. Tribus locis, ubi lacunam habet g, explevit π satis infeliciter: 239, 17. 248, 10 et 259, 13. Bonae lectiones sunt 205, 7 (g). 233, 12. 261, 29. In 240, 12 recte cum R, r, β, 241, 25 cum R. 225, 21 cum μ, v (π) 238, 20 cum β, μ, h. 240, 8 cum p, μ, 233, 11 (π) cum v, ox faciunt, cum l in 239, 11.

[10]) Hujus libri aliquot paginas inspexit mea causa vir amicissimus Spengel. Videtur magis cum antiquioribus codicibus consentire quam cum π et g. Inscriptio est *Βίοι σοφιστῶν τῷ λαμπροτάτῳ ὑπάτῳ ἀντωνίνῳ Φιλόστρατος* ut in φ, π, g. 207, 19 habet *τῶν βιβλίων* ut R, ib. 21. *συμπίνοντες*. 25. *ἦρξαι*. — 230, 30. *ἐπεσταλκότες*. 231, 1. *μετὰ Αἰγὸς ποταμοὺς* ut l, p. ib. 5. tenet *ἔδωκε τῷ*. 257, 8 habet *ἑῴου*. 9. *Κάλαισχρός τε*, ut φ, R, β, f. 16. *ὡς ἐς* ut 2, et *καὶ* in mg. ab alia manu. 18. *ξυμβουλὰς*, ut φ, g, R, r. 19. *σατραπίας* et *ἀπέθανεν*. Varietatem vitae Aspasii textui subjeci ibique recepi ex hoc solo codice lectionem *ἐπιχειρημάτων*, 275, 7.

in hunc intulerit recentior manus nonnulla improbanda,[1] neque plane tertiae est familiae, sed ex codice secundae, qui maxime cum ψ consensit, complura videas recepta. Commemorandi denique sunt hoc loco tres Parisini: 1697 (b), quarti decimi 1762 (c) et 2775 (d) quinti decimi saeculi, omnes chartacei, cf. Praef. XX. et in Vita Aristidis Vaticanus 914 (vt) saec. 15, chart.

Ex φ Aldina 1503 (a) ducta est, quam ceterae editiones usque ad Olearium ita sequuntur, ut posterior quaeque priorem vitiis tantum vincat.[2] Olearius autem, qui ex libris k et ox nonnullos locos emendavit, multa et ipse huic libello vulnera admittendis Morelli sordibus et perversis suis mutationibus inflixit. Propterea ego jampridem decrevi in his Vitis operam collocare, ac post varia discrimina emisi editionem ante hos sex annos, non indotatam quidem, cum paene omnium codicum aut varietatem integram aut specimina lectionis, quae sufficerent, adhibuissem neque in explicanda verba et res memorabiles parum curae et laboris contulissem, sed tamen viro juveni necdum talis operae perito multa in utroque genere mihi exciderunt, quae nunc aut corrigi aut tolli potuisse gaudeo. Atque restitutae verioris lectionis exempla vide potissimum ea, quae infra posui,[3] quod explicationem attinet, Notae ad calcem adjectae nonnisi nova et erratorum retractationem habent, quae adhuc probabilia visa sunt, in priore editione reliqui, citationes tantum ex antiquis scriptoribus, quos Philostratus passim respicit, illinc transtuli.

[1]) Ut 208, 12. 211, 1. 226, 12.

[2]) Vide 214, 3. 216, 19. 221, 21. 231, 1. 235, 1. 238, 10 et 17. 241, 21. 246, 3. 258, 7. 260, 1. 262, 18. 271, 7. 272, 16.

[3]) 204, 14 et 17. 210, 9. 212, 27. 214, 13 et 24. 215, 19. 217, 18. 218, 19. 220, 16 et 29. 221, 9, 11, 12 et 30. 222, 7. 223, 8 et 17. 224, 19. 225, 20. 226, 1, 4. 227, 1. 228, 21. 229, 20. 231, 12. 232, 23. 233, 12, 18 et 22. 234, 8. 15 et 22. 236, 3. 237, 10. 238, 23. 240, 8 et 16. 241, 13. 243, 25. 244, 12. 245, 19 et 28. 248, 5 et 11. 249, 18. 250, 17. 252, 11 et 14. 253, 23. 257, 3. 258, 4. 259, 27. 261, 25. 262, 18. 263, 2. 272, 2. 273, 9, 17 et 27. 274, 17 et 24. 275, 2 et 7. Ex conjectura aut aliena aut mea mutavi 201, 1. 203, 3. 204, 3. 209, 16. 213, 19. 217, 6. 231, 18. 246, 18 et 24. 256, 12. 260, 22. 264, 2. 269, 18. Omitto vitia orthographica passim sublata. Vulgatam lectionem nunc demum revoco in 239, 12. 246, 14.

Index codicum. (C.)

Prima familia (1).

r. Vaticanus 99. f. Laurentianus LIX, 15. ϱ. Vaticanus 64. k. Havniensis 60. ve. Vaticana epitome 96. R. Vaticanus 140. β. Marcianus 391. Praeterea G. Guelferbytanus 25 et γ. Guelferbytanus 82 in vita Isocratis.

p. sec. m. Parisinus 1696.

Secunda familia (2).

μ. Mediolanensis C. 47. v. Marcianus 392. l. Jacobaeus 845. ox. Oxoniensis Coll. Nov. 1225. ψ. Parisinus 1760. h. Palatinus 132. λ. Harleianus 5663. Cum μ et v congruit versio Bonfinii. (Bonf.)

Tertia familia (3).

p. pr. m. Parisinus 1696. φ. Laurentianus LXIX, 30. n. Neapolitanus 86. g. Guelferbytanus 25. π. Parisinus 3059. b. Parisinus 1697. c. Parisinus 1762. d. Parisinus 2775. pe. Parisina epitome, Suppl. 134. vt. Vaticanus 914 in vita Aristidis.

Ab aliis scriptoribus citata: Ἐ. Eudocia. Θ. Thoma Magistro. Σ. Suida. Syn. Synesio.

Conjecturae VV. DD.

B. Bentleius. J. Jacobsius. Val. Valesius. Salm. Salmasius. Lectionem vulgatam significat ϛ.

Index editionum. (E.)

a. Aldina 1503. i. Juntina 1517. j. Juntina 1535 sunt e. editiones veteres. m. Morelliana 1608. o. Olearіana 1709.